

Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollemni
hodie in conspectu tue maiestatis. re-
bratur. dñe deus noster tota in dihe terrarum
omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
contendas. ut in omnibus protectionibus tue rem-
niamur auxilio. **I**n eundem xpm dñm nrm.
Ante igitur oblationem seruitutis nostre.
cuncte familie tue. **Q**uesumus dñe. ut pla-
cipias. dies qz nostrorum in tua pace di-
as. atqz ab eterna damnatione nos tri-
lectorum tuorum iubeas grege numerari p
dñm nrm. **Q**ua oblatione tu ieris i
omnibus qz. benedicta **X** assumpta **X**
rationabile. acceptabile qz face-
meris. ut nobis. corpus **X** et sanguis **X**
delectissimi filij tui dñi nostri ihu xpi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

55.

Programma

IN ACADEMIA IVLIA PRID. BACCHA-

NALIVM, nisi tamen Lupercalia potius
dicenda fuerint,

P. P.

XI. Kal. Mart.



HELMAESTADI

E typographeio IACOBI LVCI,

clō 13 c XV.

Progrimmus

IN ACADEMIA

IVLIA BRIVIA BRVCOVA

MAGISTRUM ANTONIUM BRVCOVIVM

DOCTOREM

P. P.

ANNO 1714



HEIMANN

Typographus JACOBI LACI

1714





PRORECTOR ET SENATUS
ACADEMIAE IULIAE,
Adolescentibus optimarum artium
studiosis S. D.

REdeunt iam, ut noctis, illi dies, quibus vulgus hominum, quasi lege iubente, potare, ineptire, turpiter se gerere, bacchari & insanire solet. Itaque hoc ad spectu sanè Bacchanalia, Liberalia, Διονύσια, etiam, si libet, Saturnalia dicantur, quibus magna olim feruulis data licentia erat. Sin morem apud nos, minimè probum aut probandum, respicias, Lupercalia vocentur rectius. Luperci enim ad istum ferè modum, quo nunc apud nos impotentis animi homines, cursitare per urbem solebant. Et quanquam nec illos, quod faciebant, magnopere deceret, tamen superstitione captis ignosci facilius potuit, quàm qui, cum cœlestis sapientiæ ab incunte ætate femina perceperint, gentilium more, eoq; turpissi-

pissimo sese contaminant: præsertim hoc tempore, quo ad meditationem eorum, quæ pro salute gentis humanæ passus est æterni Dei vnigenitus filius, sese pij homines parant. Huic tam salutari studio, quî, quæso, conuenit hæc ab ethnicis instituta, & misello populo hæctenus vsurpata, infaniendi libido? Profectò qui personati, nulla necessitate, aut iusta causa coacti, aut inuitati, clara luce, & in hominum honestorum conspectu, hinc inde discursant, parùm meminisse videntur, qui sint hodie, qui olim fuerint, quanto studio & labore, quàm precioso *λύτρω*, in meliorem statum, è conditione miserrima sint vindicati: adeo quæ parùm abest, vt non miseræ & calamitati suæ ipsi insultare videantur. Quod cum Christianorum neminem, tum vceò minime omnium vestrum quemquam decebit; quos leges Academiae, quos studia optimarum artium, quos existimatio bonorum, spes & expectatio parentum, cognatorum, aut patronorum, quos honestas ipsa deniq; modestiæ & verecundiæ studere iubent. Hæc non negligetis, quotquot eruditiores, intelligentiores,

tiores, & animi erectioris estis. Intelligitis n.
quàm turpe, quàm vile, quàm contemptum,
abiectumq; sit, vltro in numerum morionum
se conijcere, populiq; immò infimis de populi
fæce, risum mouere velle. quod, qui rectè nati
educatiq; estis, facere non voletis: potiusque
exemplo eritis plærisq; ad virtutem, vosq; &
nobis, & quibuscunq; bonis porrò probabi-
tis. Facile igitur à vobis, quod volumus, & par
est, impetrabimus. Quod si qui consuetudini
vulgari, & animi sui libidini, quàm legibus,
quàm fidelibus monitis obtemperare malent,
apud eos verba non perdemus. Strenuè, si ita
videtur, vel potius, quando ita videtur, insa-
niant, & magno conatu magnas nugas agant.
Instruant se, ornent, arment: habitum rusti-
corum, baiulorum, mendicorum, tabellario-
rum, morionum, quorumuis deniq;, vtinam
ne, quod vel auditu horridum, & infernalium
furiarum fumant. Ita cum se pulchrè satis or-
natos atque contectos putant, in publicum
procurrant: ostentent egregium illum & pror-
sus virilem animum passim omnibus: nullis
neq; dictis neq; factis, quæ proteruiæ aliquid

ac petulantiaē arguant, parcendum sibi putent: perfultent forum, areas, plateas: omnes angulos & angiportus perreptent: omniq̄ue studio id agant, vt rideantur, vt contemnantur, etiam ab infimis & vilissimis mortalium, vt à puerorum insequentium caterua, qui sint, audiant, nec id semel, sed iteratis subinde vocibus: deniq; referant nobis Lacedæmoniorum Helotas ebrios, referant mancipia Romanorum Saturnalibus beatos, referant Chios, quibus, haud inuitis Ephoris Spartæ, turpiter agere licebat. Quidni enim faciant? cum præsertim & mos laudatissimus inuitet, & anni tempus, & vulgus hominum valde velit, nec quisquam, vt eorum fert opinio, sub persona latitantes agnoscat, ne is quidem, cuius oculos nihil excludit, ac nec ipsi sese. At hoc fortè ne sperant quidem. Quàm miseri igitur sunt, si se, & conscientiam suam, immò, si Deum nequitiaē suæ testem iudicemq; habent? quod certè ita est. Sed desinamus. Satis enim multa hæc apud bonos: apud improbos etiam nimiū multa: quos monitos tamen volumus, vt sibi caueant, vt periculū vitent: quod non
nun-

nunquam laruatis illis illatum, vel inuita, & frustra diffimulante persona. Qui moderatiores, nec sibi negare omnia possunt, Musica decora, Comicis exercitationibus, alijsq; ingeniosis, & ab honestate non abhorrentibus studijs, quæ moderata tamen sint, contenti facile erunt: nec ea quisquam ijs inuidebit. Quibus verò immodestia atq; impudentia ita in delicijs est, vt præ eius studio continere se domi nequeant, videant sanè ne quid offendant. De quibus enim compertum quid fuerit, intelligant, magistratui Academico neq; Lupercos, nec pudoris sui prodigos, nec existimationis contemptores, nec hostes disciplinæ publicæ placere, nec seueritatem in tales, nec in bonos beneuolentiam deesse. Valete, & rectè vobis consulite. P. P. Charistijs.

— Anno cId Id cXV.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 lines.

3 1 2 1 3



V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
in primis pro ecclesia tua sancta catholica
pauca custodie. adiuuare. et regere
ris toto orbe terrarum. una cum familia tua
mon. Rege. in **S** antistitibus **S** et omnibus
orthodoxis catholice et apostolice fidei
toribus. **M**emento dñe famulorum famu-
lorum tuarum. **S** et omnium circumstantium quorum
fides cognita est. et nota deuotio pio que
tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
sacramentum laudis pro se suis que omnibus pro re-
tione animarum suarum. pio spe salutis. et
incoluntatis sue tibi reddunt vota sua
eterno deo uiuis et uero **O**mnibus



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Farbkarte #13

B.I.G.



55.
mma
DE MIA
BACCHA-
Lupercalia potius
erint,
p.
Mart.



TADI
ACOBI LVCI,
XV.

